



DOMINGO III ADVIENTO

Epístola Philipp. 4: 4-7

Gaudéte in Dómino semper : íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus : Dóminus prope est. Nihil solliciti sitis : sed in omni oratióne et obsecratióne, cum gratiárum actiÓne, petitiÓnes vestræ innotéscant apud Deum. Et pax Dei, quæ exsúperat omnem sensum, custódiat corda vestra et intellegéntias vestras, in Christo Iesu, Dómino nostro.

Hermanos: Gozaos siempre en el Señor: otra vez digo: gozaos. Vuestra modestia sea patente a todos los hombres: porque el Señor está cerca. No andéis solícitos de cosa alguna: mas con mucha oración y ruegos, con hacimiento de gracias, sean manifiestas vuestras peticiones delante de Dios. Y la paz de Dios, que sobrepuja a todo pensamiento, guarde vuestros corazones y vuestras inteligencias, en nuestro señor Jesucristo.

GRADUAL Iudith 13:23

QUI sedes, Dómine, super Chérubim, éxcita poténtiam tuam et veni.
✠. Qui regis Israël, inténde: qui dedúcis velut ovem Joseph.

Tu, Señor, que estás sentado sobre los Querubines, excita tu poder y ven. Tú, que gobiernas a Israel, atiende:
✠. Tú que guías a José como a una ovejuela.

ALELUYA Cant. 4:7

ALLELÚIA, allelúia.
✠. Excita, Dómine, poténtiam tuam et veni, tu salvos fácias nos. Allelúia.

Aleluya, aleluya.
✠. Despierta, Señor, tu poder, y ven para que nos salves. Aleluya.

+ EVANGELIO +

Jn 1:19-28

In illo tempore : Misérunt Iudæi ab Ierosólymis sacerdotes et levitas ad Ioánnem, ut interrogarent eum : Tu quis es ? Et confessus est, et non negavit : et confessus est : Quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum : Quid ergo ? Elías es tu ? Et dixit : Non sum. Prophéta es tu ? Et respondit : Non. Dixerunt ergo ei : Quis es, ut responsum demus his, qui miserunt nos ? Quid dicis de te ipso ? Ait : Ego vox clamantis in deserto : Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaiás Prophéta. Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et interrogaverunt eum, et dixerunt ei : Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elías, neque Prophéta ? Respondit eis Ioánnes, dicens : Ego baptizo in aqua : médius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est : cuius ego non sum dignus ut solvam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethánia facta sunt trans Iordánem, ubi erat Ioánnes baptizans.

En aquel tiempo, los judíos enviaron desde Jerusalén sacerdotes y levitas a Juan para que le preguntaran: ¿Tú quién eres?. Él confesó y no negó; confesó: Yo no soy el Mesías. Le preguntaron: ¿Entonces, qué? ¿Eres tú Elías?. Él dijo: No lo soy. ¿Eres tú el Profeta?. Respondió: No. Y le dijeron: ¿Quién eres, para que podamos dar una respuesta a los que nos han enviado? ¿Qué dices de ti mismo?. Él contestó: Yo soy la voz que grita en el desierto: "Allanad el camino del Señor", como dijo el profeta Isaiás. Entre los enviados había fariseos y le preguntaron: Entonces, ¿por qué bautizas si tú no eres el Mesías, ni Elías, ni el Profeta?. Juan les respondió: Yo bautizo con agua; en medio de vosotros hay uno que no conocéis, el que viene detrás de mí, y al que no soy digno de desatar la correa de la sandalia. Esto pasaba en Betania, en la otra orilla del Jordán, donde Juan estaba bautizando.